

NvK an Francesco Sforza, Hz. von Mailand. Er äußert seine Freude über das freundliche Schreiben des Herzogs und lobt das Auftreten der herzoglichen Gesandten. Er freue sich darauf, den Herzog auf dem Fürstentag in Mantua zu treffen und versichert ihm, die herzoglichen Anliegen nach Kräften zu unterstützen. Das herzogliche Angebot einer Vermittlung im Streit mit Hz. Sigismund von Österreich nimmt er gern an.

Or., Pap. (Potschaft rückseitig): MAILAND, StA, Carteggio Sforzesco, Potenze estere, Roma, scat. 47, sub data.

Druck: Meuthen, Die letzten Jahre 141f. Nr. VII.

Erw.: Meuthen, Die letzten Jahre 24, 26, 28; Wölke, Cusanus im Dialog 222.

Illustrissime princeps et excellentissime domine mi honorande. Litteras¹⁾ v. ex^{cie} legi percupide. Sunt enim plene singularis vestre humanitatis et me supra merita mea honorifice commendantes; eximium quendam pre se ferunt in personam meam amorem vestrum atque caritatem. Nobilis et doctissimus vir Leodrysius Cribellus²⁾ noster, 5 cancellarius v. ex^{cie}, ut scribitis, dilectissimus, etsi mihi esset carissimus et speciali amore copulatus, non parum tamen solita sua in me officia et ea quidem magna cumulavit hoc tam prestanti in me beneficio, quo ex^{ciam} v. sua sponte mihi affectam secretiore amoris nexu devinxit. Quam rem temporis futuri progressio iudicabit; nam factis non verbis affectio mea erga v. ex^{ciam} comprobanda est. Nunc quoniam ita placuit s^{mo} d. n. pape, 10 legationem urbis etc., prout dominus me iuverit, administrabo.³⁾ Et tamen confido me illustrissimam d. v. Mantue⁴⁾ visurum in felici et deo grata congregatione ac dieta. Ibi nostris de rebus plenius colloquemur, et v. ex^{cie} consilia semper sequar et utar auxilio. Ita tamen, ut gratias iam nunc magnas agam vobis de liberali vestra oblatione, habeo equidem pro singulari munere acceptum, quod mihi tam gratiose scripsistis. Ceterum 15 vestra ex^{cia} differet pro negotio ecclesie nostre Brixinensis ad illustrem dominum Sigismundum ducem Austrie vel scribere quicquam vel mittere, donec fuerimus inter nos invicem collocuti. Ego sane mea omnia et me ipsum v. ex^{cie} beneplacitis offero denuo ac trado hoc animo, ut malim multo mihi possibile facere quam dicere. Magnificus vir et generosus miles d. Petrus de Becharia⁵⁾, v. ex^{cie} orator honorificus, referet vobis meis 20 verbis quedam eadem fide, qua ego presens referrem. Alteri vero nobilissimo oratori vestro d. Othoni de Carreto⁶⁾ doctori eximio, quicquid me voluerit, pro viribus magna fide affectioneque non deero, quamquam me non magna prestare posse intelligo. Opto ex^{cie} v. atque illustrissime domine consorti vestre necnon liberis vestris ornatissimis diuturnam in dei amore et gratia sospitatem atque felicitatem meque ac etiam ecclesiam 25 nostram Brixinensem iterum ex^{cie} v. commendo. Rome, die xxi decembris 1458.

N. tituli sancti Petri ad vincula s. R. e. presbyter cardinalis

(Adresse rückseitig:) Illustrissimo principi et excellentissimo domino d. meo honorando Francisco Sforzie Vicecomiti duci Mediolani etc. Papie Anglerieque⁷⁾ comiti ac Cremone domino.

6 cumulavit: *ü.d.Z.*

¹⁾ S.a. Nr. 5802 (1458 Dezember 9).

- 2) *Lodrisio Crivelli, Mailänder Sekretär und kürzlich von der Kurie zurückgekehrter Gesandter; s.o. Nr. 5802 Anm. 1.*
- 3) *Pius II. hatte NvK am 11. Dezember 1458 zum Legatus urbis ernannt; s.o. Nr. 5804.*
- 4) *Der Fürstentag von Mantua; s.u. Nr. 6022ff.*
- 5) *Pietro Beccaria, Mailänder Gesandter. Er hatte NvK am Vortrag getroffen und befand sich nun auf dem Weg zurück nach Mailand. S.o. Nr. 5812.*
- 6) *Ottone del Carretto († 1464), Jurist, seit 1457 bis zu seinem Tod Mailänder Dauergesandter an der Kurie. Zu ihm s.o. Nr. 5802 Anm. 2.*
- 7) *Die Markgrafschaft Angera bei Varese.*